LECT. ACTUUM APTORU. Indiebus illis. Exurgens petrus in
medio fratrū dixit. Erat autē turba hominū simul. fere centū
uiginti. Viri frs. oport& impleri scripturā quā predixit sps
scs per os dauid de iuda. qui fuit dux eorū qui cōprehenderunt ihm.
qui connumeratus erat in nobis: & sortitus est sortē ministerii
huius. & hic quidē possedit agrū de mercede iniquitatis. & suspen
sus crepuit medius. & diffusa sunt omā uiscera eius. Et notū factū
est omnibus habitantibus hierusalem. ita ut appellaretur ager ille
lingua eorū acheldemah hoc est, ager sanguinis; Scriptū est enim
in libro psalmorū; fiat habitacio eorum deserta. & non sit qui inhabitet.
& episcopatū eius accipi& alius; Oport& enī ex his uiris qui nobiscū
sunt congregati in omni tēpore. quo intrauit & exiuit inter nos
dns ihs. incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus
est a nobis. testem resurrectionis eius nobiscū fieri unū ex istis; Et
statuerunt duos. ioseph qui uocabatur barsabas. qui cognominatus
est iustus & mathian; Et orantes dixerunt; Tu dnē qui corda nosti
omniū. ostende quē elegeris ex his duobus. unū accipere in locum
ministerii huius & apostolatus; De quo est preuaricatus iudas. ut
abir& in locū suū; Et dederunt sortes eis. & cecidit sors super
mathian. & annumeratus est cū undecim apostolis; SABBATO
INFRA QUINQUAGESIMA. Adesto dnē supplicationib; nrīs.
& hoc sollemne ieiuniū qd animab; corporibusq; curandis salu
briter institutū ē. deuoto seruitio celebret. P. FER. VII.

LEC ISAIE PROPHETE. Hec dicit dns. Si abstuleris de medio tui catenā.
& desieris digitū tuum extendere. & loqui quod non prodest;
Cū effuderis esurienti animā tuā. & animā afflictam
repleueris. Orietur in tenebris lux tua. & tenebre tue e
runt sicut meridies; Et requiē tibi dabit dns ds
semp. & implebit splendoribus animā tuā & ossa tua
liberabit; Et eris quasi ortus inriguus. & sicut fons aqua
rū. cuius non deficient aque; Et edificabuntur inte

deserta seclor. fundamenta generationis & generationis suscitabis.
Et uocaberis aedificator sepiũ. auertens semitas iniquitatũ.
Si auerteris a sabbato pedem tuũ. facere uoluntatẽ tuã in die
sabbato sc̃o meo. Et uocaberis sabbatũ delicatũ. & sc̃m dñi glo
riosũ. Et glorificaueris eũ. dũ non facis uias tuas. Et non
inuenietur uoluntas tua. ut loquaris sermonẽ. Tunc dele
ctaberis sup dñõ. & sustollã te sup altitudines terrę. Et ciba
bo te. hereditatẽ iacob patris tui. Os enĩ dñi locutũ ẽ haec. Scdm
MARCV. In illo TEMPR. Cũ sero esset factũ. erat nauis in medio
mari. & ipse solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando.
erat enim uentus contrarius eis; Et circa quartã uigiliam noctis.
uenit ad eos ambulans super mare. & uolebat preterire eos;
At illi ut uiderunt eũ ambulantẽ sup mare. putauerunt
fantasma esse. & exclamauerunt. Omnes enĩ eum uiderunt.
& conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis. & dixit illis.
Confidite ego sum. nolite timere; Et ascendit ad illos in nauim. &
cessauit uentus. & plus magis stupebant intra se. Non enim in
tellexerant de panibus. erat enim cor illorum obcecatũ; Et
cũ transfretassent. peruenerunt in terram genesaret. & ad
plicuerunt. Cũq; egressi essent de naui. continuo cognoue
runt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam. cepe
runt in grabattis eos qui se male habebant circũferre. ubi
audiebant eũ esse. Et quocũq; introibat in uicos uel in uillas.
aut in ciuitates uel in plateas. ponebant infirmos. Et de
precabantur eum. ut uel fimbriam uestimenti eius tange
rent. Et quotquot tangebant eũ. salui fiebant. SVPER OBLATA.
Suscipe dñe sacrificiũ cuius te uoluisti dignanter immolatio
ne placari. presta quesumus ut huius operatione munda
ti. beneplacitũ tibi nr̃ę mentis offerimus affectũ. P.
Cęlestis uitę uegetati munere qs dñe. ut quod est no AD CÕPL
bis in presenti uita mysteriũ. fiat ęternitatis auxiliũ. P. dnm.

Jnillo tēpr̄ · Profectuſ eſt inde ihſ · SCDM MARCVM ·
preter grediebatur galileam · nec uolebat quē quā ſcire ·
Docebat autē diſcipuloſ ſuoſ · & dicebat illiſ ; Quō filiuſ ho
miniſ tradet̄ inmanuſ hominū · & occident eū · & occi
ſuſ tertia die reſurget ; At illi ignorabant uerbū ·
& timebant eū interrogare · Et ueniunt capharna
um ; Qui cū domi eſſent · interrogabat eoſ dicenſ ;
Quid inuia tractabatiſ · at illi tacebant ; Siquidē in
ter ſe inuia diſputauerant · quiſ illorū eſſet maior ;
Et reſidenſ uocauit duodecim · & ait illiſ · Siquiſ uult
primuſ eſſe · erit omniū nouiſſimuſ · & omniū miniſter ·
Et accipienſ puerū · ſtatuit eū inmedio eorū ; Quē
cū complexuſ eſſet · ait illiſ ; Quiſquiſ unū exhuiuſ
modi pueriſ receperit innomine meo · me recipit ·
Et quicūq; me ſuſceperit · non me ſuſcipit · ſed eū qui
me miſit ; Reſpondit illi iohanneſ dicenſ ; Ma
giſter · uidimuſ quendā innomine tuo eicientē
demonia qui non ſequitur noſ · & prohibuimuſ eū ;
Ihſ autē ait illiſ ; Nolite prohibere eū ; Nemo
eſt enī qui faciat uirtutē innomine meo · & poſ
ſit cito male loqui de me ; Qui enī non eſt ad
uerſū uoſ · pro uobiſ eſt ; Quiſquiſ enī potū dede
rit uobiſ calicē aquę innomine meo quia xp̄i
eſtiſ · Amen dico uobiſ · non ꝑdet mercedē ſuā ;
INILLO · Rogabat ihm quidam phariſeuſ · SECVNDV LVCĀ
ut cum illo manducaret ; & ingreſſuſ domum phariſei diſcu
buit · Et ecce mulier quę erat inciuitate peccatrix · ut
cognouit quod accubuit indomo phariſei · attulit alabaſtrū
unguenti · Et ſtanſ retro ſecuſ pedeſ dn̄i · lacrimiſ
coepit rigare pedeſ eiuſ · & capilliſ capitiſ ſui tergebat ;
et oſculabatur pedeſ ei · & unguento unguebat · Viden

autem phariſeus qui uocauerat eum ait intra ſe dicens. Hic
ſi eſſet ꝓpheta: ſciret utiq; que & qualis eſt mulier quae
tangit eum quia peccatrix eſt. Et reſpondens ihc dixit
ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait.
Magiſter dic. Duo debitores erant cuidā feneratori
unus debebat debebat denarios quingentos alius quin
quaginta. Non habentibus illis unde redderent: dona
vit utriq;. Quis ergo eum plus diliget. Et reſpondens
ſimon dixit. Eſtimo quia is cui plus donauit. At ille
ait. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierē: dixit
ſimoni. Vides hanc mulierem. intraui in domū tuā
aquā pedibus meis n̄ dediſti; hec aū lacrimis rigauit
pedes meos. & capillis ſuis terſit; Oſculum mihi non de
diſti; hec aū ex quo intraui. non ceſſauit oſculari pedes
meos; Oleo caput meum non unxiſti; hec aū unguento
unxit pedes meos. Propter quod dico tibi remittunt
ei peccata ſua quia dilexit multum. Cui aū minus
dimittitur. minus diligit. Dixit aū ad illā. Remittunt
tibi peccata. Et coeperunt qui ſimul accumbebant di
cere intra ſe. Quis eſt hic qui & iam peccata dimittit.
Dixit aū ad mulierē. Fides tua te saluā fecit. vade in pace.

Adiuuet nos qs dne ds noſter. beati gangulfi martyris interceſſio ſalutaris. atq; haec participatio ſacra myſterii. p dnm.

DE SCO GANGULFO.

Ds qui beatū galgulfū martyrē tuū iſtius mundi nau
fragia inuicte fidei uirtute ſuperare donaſti. tribue qs. ut qui ad
eī feſtiuitatē gratulantes conueniunt. aeternae hereditatis participes
efficiantur. p. SECR Hoſtias qs haec dne meritis dicetur beati gangulfi
martyris. ut & tibi placeat atq; utilia ꝑficiat ploꝝ p aeterne ds.
Qui delinquentiū preces ſcoꝝ tuoꝝ pia ſupplicatione placatus admittis.
Precamur itaq; clementiā tuā. quatenus beati gangulfi martyris natalicia
uotiua celebrantes. te uidelicet fontē uitae ſup omīa ſitiamus. Cuius
dulcifluo munere & ſpes uenditoris deluſae. & electi tui iuſta uoluntas
Rareſſit aqua. priori loco uiduata. & colorē ducere coepit inde tranſlata.
Sic namq; in eo tuae uirtutis inſigne conticuit. ut illud aplicū ſeruans.
tamquā nihil habere. omīa poſſideret p xpm dnm. AD CO